



BIBLIOTECA GIULIARI



DE ARCHITECTURA LIBER,

IN QUO CONTINENTUR

GENERALIA HUJUS ARTIS PRINCIPIA;

NECNON

ICHNOGRAPHIÆ, ORTOGRAPHIÆ ET SCENOGRAPHIÆ


QUORUMDAM ÆDIFICIORUM, QUÆ FUERE *constructa, tum in Gallia, tum in Regionibus Extraneis*,

A

GERMANO BOFFRAND, Regis Architecto & ejus Regiæ Architecturæ Academiæ, Primo Architecto & Inspectore generali totius Regni Pontium & Aggerum.

OPUS GALLICUM ET LATINUM,

Tabulis exquisitè cælatis exornatum.



PARISIIS,

Apud GUILLELMUM CAVELIER *patrem, viâ Jacobæâ, sub signo Lilii Aurei.*

Anno reparatæ salutis M. DCCXLV.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.

LIVRE
D'ARCHITECTURE

CONTENANT

LES PRINCIPES GENERAUX DE CET ART,

ET

LES PLANS, ELEVATIONS ET PROFILS
DE QUELQUES-UNS DES BATIMENS FAITS EN FRANCE
& dans les Pays Etrangers,

Par le Sieur BOFFRAND, *Architecte du Roy, & de son Academie Royale d'Architecture, Premier Architecte & Inspecteur Général des Ponts & Chaussées du Royaume.*

OUVRAGE FRANÇOIS ET LATIN,

Enrichi de Planches en Taille-Douce.



A PARIS,
Chez GUILLAUME CAVELIER pere, rue Saint Jacques, au Lys d'Or.

M. DCCXLV.

AVEC APPROBATION, ET PRIVILEGE DU ROY.



F. Boucher inv. Tardieu filius Sculp.

AU ROY.

IRE,

Je présente à VOTRE MAJESTÉ *un Livre d'Architecture qui contient les Principes généraux de cet Art, avec les Plans, Eleva-*

tions & Profils de quelques-uns des Edifices que j'ai fait construire en France & dans les Pays Etrangers. J'ose me flatter qu'ils attireront les regards de VOTRE MAJESTÉ, *puisque dans un temps où Elle est occupée de soins plus importans, Elle daigne toujours proteger les Arts, & les animer par ses bontés à se perfectionner pour l'utilité & l'ornement de son Royaume.*

Je suis avec le plus profond respect,

SIRE,

DE VOTRE MAJESTÉ

Le très-humble, très-obéissant, & très-fidele serviteur & sujet
BOFFRAND.



LIVRE D'ARCHITECTURE,

Contenant des Principes généraux de cet Art, & des Plans, Elévations & Profils des Bâtimens faits en France, & dans les Pays Etrangers.

DE ARCHITECTURA LIBER,

In quo continentur generalia hujus Artis Principia & Ichnographiæ, Orthographiæ & Scenographiæ quorumdam Ædificiorum, quæ fuêre constructa, tum in Galliâ, tum in Regionibus Extraneis.

AVANT-PROPOS.

LE Livre que je donne au Public, contient la Description de ces différens Edifices : j'y joins des réfléxions sur les principes généraux de l'Architecture, & sur ce qu'on appelle le bon goût dans cet Art ; sans entrer dans le détail de plusieurs sciences nécessaires à un Architecte, ni dans celui des Arts qui servent à la construction des Bâtimens, dont Vitruve, Palladio, Scammozi & autres Architectes modernes, Italiens & François ont écrit, & qu'ils ont retirés des ruines des Edifices Grecs & Romains, dont quelques-uns existoient de leur tems, & dont nous avons encore quelques précieux restes. Ils ont donné au Public les proportions des ordres d'Architecture, suivant ces anciens monumens, & suivant ce qu'ils ont eux mêmes pratiqué dans la construction de plusieurs beaux Ouvrages, & dont M. de Chambray a fait un excellent parallele. C'est dans les proportions de l'Ordre Dorique qui est le plus materiel, de l'Ordre Corinthien qui est le plus leger à la vûë, & le plus suscepti-

PROŒMIUM.

LIBER quem in lucem profero, eorum diversorum Descriptionem Ædificiorum exhibet ; cui super universalibus Architecturæ elementis, & hujus Artis peracutâ exquisitâque intelligentiâ considerationes addo ; quin plures illas singulatim prosequar scientias, quæ ad Architectum attinent, neque Artes quibus in Ædificiis construendis est opus ; quas in scriptis suis tractavêre Vitruvius, Palladius, Scammozius, alterique Architecti recentes, tum Itali, tum Galli, quasque extraxerunt è ruinis Græcarum & Romanarum Ædium, quarum ipsomet eorum tempore quædam exstabant, quarumque æstimandis adhuc fruimur quibusdam reliquiis. Autores isti Architecturæ Ordinum nobis tradiderunt proportiones, secundùm hæc prisca monumenta, atque juxtà illud quod ipsimet effecerunt in plurimorum insignium operum ædificatione ; quarum rerum comparationem exquisitam præstitit Dominus de Chambray. In proportionibus Ordinis Dorici, qui est crassior,

ble d'ornemens, & de l'Ordre Ionique qui tient le milieu entre ces deux extrémités, qu'on peut trouver le caractere qui convient à chaque espece d'Edifice; & comme les proportions de ces Ordres ne sont pas entierement semblables dans les Livres de ces Auteurs, ni dans leurs Ouvrages, par des raisons qu'ils ont senties, il est de la prudence de l'Architecte habile de faire le choix de celles qui conviennent le mieux à la destination de son Edifice, suivant son étendue, sa hauteur & la distance d'où il peut être vû.

On n'employe pas toujours les Ordres d'Architecture dans les Bâtimens; mais les regles qui en établissent les belles proportions en général, peuvent être appliquées à chaque partie d'un Ouvrage, & l'Architecte habile y peut trouver les modulations qui leur conviennent.

Quelques-uns de ces Auteurs ont traité de la Coupe des Pierres & de leur appareil, pour tracer les traits & les courbes de toutes sortes de Voutes: Ils ont donné les principes des differentes constructions, ils ont traité des differentes qualités des materiaux & de la maniere de les mettre en œuvre. Ces materiaux sont differens dans tous les Pays, de même que la solidité du terrein qui en doit être le fondement.

Quelques Auteurs ont écrit des influences & des expositions du ciel, vers lesquelles chaque partie d'un Bâtiment doit être tournée. Elles sont differentes en divers climats,, par rapport aux rivieres, aux marais, aux montagnes, aux forêts qui les avoisinent & aux vents qui y regnent. Je ne ferois que répeter ce que l'on a déja dit: les Livres de ces Auteurs en ouvrent la connoissance; l'expérience & la réflexion l'achevent.

Ordinis Corinthii, qui subtilior apparet atque aptior ad ornamenta; ac Ordinis Ionici, qui medius est inter utrumque, forma quæ unamquamque Ædificiorum speciem decet, reperiri potest; & cum istorum Ordinum proportiones, nec in Autorum Libris, nec in eorum Ædificiis æquales videantur, propter quas sibi effinxerunt rationes diversas, prudentia Architecti periti requirit, ut eligat eas quæ sui Ædificii magis congruunt conditioni, juxtà ejus amplitudinem, altitudinem, & intervallum à quo potest aspici.

Non semper in Ædificiis admittuntur Architecturæ Ordines; at leges quæ eorum generatim constituunt laudandas proportiones, possunt accommodari ad unam quamque alicujus operis partem; & quæ ibi convenient modulationes in hunc modum solers Architectus reperiet.

Quidam ex istis Autoribus, de arte secandi & quadrandi lapides, ut omnium fornicum describerentur lineamenta & incurvationes, seu arcus; differuerunt: Diversarum constructionum docuerunt elementa: varias materiæ qualitates & eam elaborandi locandique modum pertractaverunt. Hæc materia, sicut soliditas terreni, quod ejus debet esse fundamentum, cunctis discrepat in locis.

Alii verò de influentiis, & de cœli aspectibus, ad quos quæque vertendæ est pars domi, scripsêre. Differunt, pro ut dissimilia sunt climata, propter vicinos fluvios, paludes, montes, sylvas, & ventorum flatus. Non aliud quàm quod jam de illis rebus dictum fuit possem referre: Istorum Autorum Libri earum aperierunt notitiam, quæ usu & animi attentione dein perficitur.



LIVRE D'ARCHITECTURE.

DISSERTATION SUR CE QU'ON APPELLE *LE BON GOUST EN ARCHITECTURE.*

ON parle souvent du bon goût dans les Arts : Tous les hommes croyent l'avoir, & être en droit de décider sur les défauts & la perfection d'un ouvrage ; & chacun content de la maniere dont il pense, a l'indulgence de permettre aux autres de penser comme il leur plaît, persuadé que chacun a son goût, & qu'il n'en faut point disputer. Cependant si quelque opinion est sujette à la dispute, c'est celle sur laquelle les sentimens ne sont pas réunis, & ce n'est que sur une opinion généralement reçûë qu'on ne dispute point.

On dit en général du goût, que c'est un certain je ne-sçais-quoi qui plaît ; cette idée est bien vague, n'éclaircit rien, & ne vient que de la difficulté qu'il y a de dire les raisons pourquoi une chose

IN SANUM DE ARCHITECTURA JUDICIUM DISSERTATIO.

UT inest Artibus eximia quædam forma, sic & in mente de illis judicandi facultas eximia, quam gustum præcellentem vocant. De ipso creber est sermo. Hunc sibi ultrò plerique arrogant, & paucos vides qui jus pronuntiandi de operis cujuslibet leporibus & nævis non sibi confidenter vindicent. Suo quisque contentus & beatus judicio, eâdem de re suum aliis arbitrium facilè indulget; quippè, ut aiunt, quot capita, tot propè judicia sunt, de quibus rixari ac disputare est nefas. Atqui tamèn res nulla magis est disputationi obnoxia, quàm quæ varias mentes in varias opiniones distrahit : ecquis verò disputationi locus, ubi omnia consentiunt suffragia?

Quod porrò sensum hunc intimum gustumque afficit, dici non raro solet, nescio-quid quod universis placeat. Verùm hæc nuncupatio, utpotè admodùm vaga & obscura, certi nihil offert aut lucidi ; siquidem nec rationes

plaît, ou ne plaît pas : ce n'eſt que dans les principes de chacun des Arts qu'on peut en trouver les raiſons démonſtratives.

On peut dire pour définir le goût, que c'eſt une faculté qui diſtingue l'excellent d'avec le bon.

Il y a peu d'hommes, ſi groſſiers qu'ils ſoient, qui ne diſtinguent le mauvais d'avec le médiocre, & le médiocre d'avec le bon ; mais il y a pluſieurs degrés entre le médiocre, le bon & l'excellent : un homme a plus ou moins de goût ſuivant la quantité de degrés qu'il monte du bon vers l'excellent.

Chaque Art a ſes principes : Les Grecs ont commencé à développer ceux de l'Architecture : C'eſt une grande opération de l'eſprit humain, que de réduire un art en principes : Ils ſont l'ouvrage de pluſieurs ſiecles, le fruit d'une profonde réfléxion ſur ce qui a plû ou déplû aux hommes les plus éclairés, & l'effet d'une expérience ſouvent redreſſée. C'eſt le grand nombre d'Edifices publics en uſage chez les Grecs, qui a donné lieu à leur perfection.

Outre ces principes qui ont établi les belles proportions, il y en a d'autres auſſi néceſſaires fondés ſur les raiſons de convenance, de commodité, de ſûreté, de ſanté & de bon ſens. Ces raiſons ont ſervi à établir les premiers principes, & ſans elles un édifice ne peut être réputé de bon goût. On ne peut pas toujours profiter de tous ces avantages ; mais il faut les connoître pour s'en ſervir autant qu'il eſt poſſible, de même qu'il faut connoître les défauts oppoſés à ces mêmes raiſons, pour les éviter.

La Nature a formé le germe des arts ; mais la réfléxion & l'expérience les ont développés & nourris : Les hommes les plus éclairés ont dépouillé la Nature de ce qu'elle a de trop agreſte, pour n'en

nec momenta profert, cur vel placeat res, vel diſpliceat (quæ aut ſola aut præcipua difficultas eſt) cujus enodatio ex ipſis haurienda eſt artis cujuſque principiis.

Exquiſitiſſimi illius ſaporis definitionem exoptas ? Ea eſt nimirùm facultas quæ eximium à bono ſecernit.

Paucos reperies vel neminem etiam ingenii rudis & impoliti, qui malum à mediocri, & mediocre à bono non diſcernat, verùm inter mediocria, bona & exquiſita complures ſunt gradus & diverſi : Majori aut minori ingenitâ judicandi facultate & guſtu præditus eſt ille, pro multis variiſque gradibus, quibus à bono ad optimum aſſurgit.

Sua ſunt cuique arti principia. Prima primi Architecturæ elementa evolvere inchoarunt Græci, eaque illuſtrare cœperunt. Artem in principiis redigere, id operis ardui eſt : res difficillima omni ope atque operâ eget mentis humanæ. Illa quidem ingenii monumenta, multorum ſunt ſæculorum opus, necnon maturæ & profundæ fructus meditationis, de iis quæ præcellentiſſimis hominibus & emunctæ naris placuerunt vel diſplicuerunt, atque demùm experientiæ ſæpè deceptæ, & ſæpiùs emendatæ effectus. Enim verò infinita propè modùm publicorum apud Græcos ædificiorum multitudo, eorum perfectioni locum dedit, eiſque ad decus & ornamentum aperuit viam.

Præter illa principia quæ egregias certò & ſtabiliter conſtituerunt proportiones, iis addas, quæſo, alia non minus neceſſaria, convenientiæ, commodi, ſecuritatis, ſanitatis, rectique judicii momentis & rationibus innixa atque ſtabilita. Quæ quidem rationes ad primorum principiorum originem & fundamentum multum conduxere, & ſi eas ſuſtuleris & nullo habueris loco, exquiſiti judicii non poteſt æſtimari ædificium. Ex omnibus illis rebus non ſemper fructus percipi poſſunt, nec eæ eſſe omnibus lucro, ſed illæ ſuam ad utilitatem, ſuos ad uſus quantum fieri poteſt, ſunt penitùs cognoſcendæ : ſimiliter vitia, iiſdem oppoſita rationibus, debent eſſe non ignota, ut vitentur.

Artium germina Natura miniſtravit, ſed complicatas earum notiones evolverunt, obſcuras illuſtraverunt, eaſque foverunt meditatio ſimul & experientia. Naturam nimiâ ſuâ ruſticitate ſpoliarunt viri perſpicaciſſimi, ſibi-

reſerver

reserver que ce qui leur a paru propre à être cultivé & orné par l'art.

Le génie, qui tire du sein de la nature les choses nouvelles, naît avec les hommes que le ciel favorise, & ne s'acquiert point : Mais il faut que ces nouveautés pour être admises, paroissent des consequences naturelles tirées des principes déja établis sur ce qui a plû ou déplû aux hommes les plus éclairés des nations les plus policées : auquel cas elles deviennent elles-mêmes aggregées aux principes qui sont la regle du bon & de l'excellent.

Aux premiers siecles, on n'avoit point eu d'autre objet dans les habitations, que de se défendre des injures de l'air, & des animaux qui pouvoient nuire aux hommes ; & lorsqu'ils ont été réunis par les loix de la societé civile, les habitations rustiques ont reçu une nouvelle forme, toujours fondée sur le besoin & sur l'utilité.

Les temples des Dieux ont été faits plus vastes pour contenir les hommes rassemblés ; & l'art leur a donné une proportion convenable à la dignité du culte des Dieux & des mysteres de la Religion. A mesure que le luxe s'est introduit, on a aussi enrichi les temples des ornemens les plus précieux, soit que l'on crût en effet honorer la divinité en lui consacrant ce que l'on estimoit le plus ; soit que l'on voulût par-là augmenter le respect du peuple, sur lequel les objets sensibles ont tant de pouvoir. Tous ces ornemens ont ensuite passé aux Palais des Souverains pour leur donner la dignité qu'on remarquoit aux temples des Dieux.

Les troncs d'arbres qui dans les premiers siecles soutenoient le couvert des cabanes, ont donné lieu aux colonnes qui ont soutenu les portiques des édifices. L'art leur a donné un contour plus élegant que celui que la nature donne aux arbres. On y a ajouté une base qui y donne plus d'empatement, & un cha-

que omne quod arte excolendum, atque ornamentis maximè idoneum ipsis visum fuit, ex illâ duntaxat reservarunt.

Ingenium quod è sinu naturæ nova & mira elicit, hominibus innascitur, iis præsertim quos amat cœlum, quibusque arrident superi: non acquiritur ingenitum illud ac cœleste donum: At verò, ut admittantur, illa nova & recens inventa, oportet ut naturales videantur consequentiæ ex principiis deprompta jam publicè receptis, super eo quod viris nationum benè moratarum præcellentissimis vel placuit vel displicuit. Quo quidem casu, ipsæmet novitates illæ aggregatæ fiunt principiis, quæ bono & excellenti normam ac legem imponunt.

Primis ætatibus, vitare inclementiam cœli, arcere imbres, & mala frigora atque ab animalium quæ hominibus obesse poterant, ferocitate tutò cavere, in habitationibus hoc unicum erat in mente. Hic præcipuus duntaxat labor. At enim cum vinculis & civilis legibus societatis conjuncti fuere homines, nec non in unum corpus coaluerunt, rustica tunc tecta novam receperunt formam semper necessitate & utilitate innixam.

Major quoque data fuit Deorum templi amplitudo, ut majus hominibus in locum unum coactis daretur spatium, atque aptam & congruentem cultus Deorum dignitati, nec non decentem majestati mysteriorum religionis, ars præbuit illis symmetriam quò altiùs & magis indies grassabatur pietas, eò majori curâ, sacra illa delubra pretiosissimis augebantur ornamentis, sive ea fuerit reverâ mens multò magis colendæ divinitatis per consecrationem omnium quæ majori erant in existimatione, sive voluntas fuerit augendi eo modo reverentiam populorum, apud quos plurimùm possunt, omnia sensibilia, quæ plus oculis quam animis percipiuntur. Splendidissima omnia illa ornamenta ad suprema Principum palatia subindè translata fuerunt, ut illis eadem quæ divinis in templis annotabatur, dignitas præberetur.

Arborum stipites qui primis sæculis rustica casarum tecta sustinebant, columnis locum dedere, quæ ædificiorum porticus sustentaverunt, ambitum ars illis largita est elegantiorem eo quem à naturâ recipiunt arbores. Basis quæ latius præbet illis fundamentum, simulque capitulum, quod dum supernè sese extendit, tabulata magis stabiliter gestare

piteau, qui s'élargiſſant par le haut, ſemble porter plus ſolidement les entablemens. La nature & le hazard ont donné lieu au chapiteau Corinthien.

Callimachus, au rapport de Vitruve, vit ſur le tombeau d'une jeune fille un panier, dans lequel on avoit mis des vaſes qu'elle avoit aimés pendant ſa vie, & qui étoit couvert d'une brique. Du bas de ce panier il ſortoit une plante d'acanthe, dont les feuilles montoient tout au long, & dont la tige & la graine ſe recourboient ſous la brique. Voila le germe que la nature & le hazard ont produit: l'art & les graces l'ont perfectionné. Les ſablieres qui lioient le tronc des arbres par le haut, ont donné lieu aux entablemens que l'art a proportionnés à la hauteur des colomnes, & qu'il a enrichis d'ornemens, dont la ſource s'eſt trouvée dans les ſimples cabanes des premiers hommes.

On trouvera dans toutes les parties des édifices, la même ſource tirée de la nature & perfectionnée par l'art. L'expérience a confirmé la beauté reconnuë: les hommes les plus éclairés en ſont convenus dans les ſiecles ſuivans: les proportions établies pour principes, ont été approuvées, en ſorte qu'un édifice paroît excellent, bon, médiocre ou mauvais, à meſure qu'on s'y conforme, ou qu'on s'en écarte.

Rome admit les principes établis par les Grecs; Mais ils ſe ſont perdus pendant pluſieurs ſiecles, comme un fleuve, qui après avoir arroſé pluſieurs campagnes, les abandonne, & ſe perd dans un abîme, d'où il ſort pour favoriſer une autre contrée, & y répandre l'abondance.

Les Gaulois, ſoit que les exemples du bon goût des Grecs leur fuſſent inconnus, ſoit qu'ils vouluſſent eſſayer de rencherir ſur ce que les Grecs avoient imaginé, ſe ſont ouvert une autre route, & ſe ſont fait d'autres principes puiſés également dans le ſein de la nature: Leurs Druïdes, miniſtres de la Religion, dont le culte s'exerçoit dans les forêts, au lieu de prendre les arbres pour modeles, ont choiſi leurs branches, les rameaux, & les feuilles.

videtur, illis adjuncta fuere. Capitello Corinthiaco occaſionem præbuerunt natura & fortuna.

Super tumulo puellæ, ut narrat Vitruvius, vidit Callimachus calathum, in quo poſita fuerant vaſa, quæ, dum illa viveret, habuit in deliciis. Calathus hic coopertus erat latere. Ex infimâ hujuſce caniſtri parte naſcebatur achanti planta, cujus per totam fiſcinam aſſurgebant folia, cujuſque ſub latere incurvabantur caulis & ſemina. En ecce germen à naturâ fortuitoque caſu procreatum. Ab arte & gratiis excultum fuit illud & perfectum. Inter cardinatæ trabes, quæ arborum caudices parte in ſublimi alligabant, tabulata procreaverunt, quæ quidem columnarum excelſitati ars accommodavit, atque ea egregiis locupletavit ornamentis, quorum origo ruſticis priorum hominum caſulis primùm debentur.

In omnibus ædificiorum partibus idem ſemper reperietur principium, ex natura depromptum, & arte elaboratum. Eximiam pulchritudinem omnibus perſpectam firmavit experientia. Ætatibus poſterioribus eâ de re inter ſe conſenſerunt viri perſpicaciſſimi. Omnium ſuffragiis comprobatæ fuerunt proportiones pro principiis receptæ, adeò ut quò major minorve cum illis eſt convenientia aut diſcrimen, eò pluris excellens, bonum, aut mediocre, aut malum videatur ædificium.

Principia à Græcis in lucem edita acceperunt Romani. Verùm per plurimas ætates amiſſa fuere. Quemadmodum Fluvius, qui poſtquam multa camporum ſpatia diù irrigavit, ea tandem deſerit, & in voraginem delabitur, undè poſtmodum exſurgit alteram ut regionem amplâ ubertate fœcundet.

Veteres Galli ſive exempla recti Græcorum judicii ignoraverint, ſive eorum inventis ſuperaddere tentaverint, aliam ſibi viam aperuerunt, ſibique alia ac diverſa à ſinu naturæ pariter deprompta finxerunt principia. Eorum Druidæ, miniſtri ac doctores religionis, cujus cultum in ſylvis exercebant, non ex ipſis arboribus, ſed ex ramis & frondibus arborum exemplaria columnarum deſumebant.

Ils ont en conſequence fait des colomnes menuës & hautes, qui ſe diviſant par le haut en pluſieurs branches d'ogines dans les voutes, imitent les rameaux des arbres. Les arcs de ces voutes, au lieu d'être en plein ceintre, qui eſt la figure la plus parfaite, ont été faits en triangles curvilignes, imitant les branches des arbres qui ſe croiſent par le haut en formant un angle.

Au lieu de ſuivre l'idée d'une ſolidité raiſonnable, ils s'en ſont écartés, en faiſant des choſes hardies & étonnantes; comme s'il y avoit plus de mérite à faire des ouvrages, qui paroiſſent prêts à tomber à tous momens, quoi qu'également ſolides, que d'en faire qui paroiſſent devoir durer éternellement.

Il ſemble cependant que quelques Architectes de ces tems-là avoient connoiſſance des proportions qui ſe trouvent dans les ouvrages antiques; ou que l'experience leur avoit fait connoître que certaines proportions valoient mieux que d'autres. Quelques Egliſes gothiques, quoique toujours gâtées par quantité de ſculptures, ſans correction, ſans goût, mal imaginées & mal placées, par des ornemens de mauvais choix, & par des monſtres inconnus, ne laiſſent pas d'avoir leur beauté. D'où peut-elle provenir? ſi ce n'eſt d'une juſte proportion de la hauteur à la largeur, & du rapport de toutes les parties avec le tout.

Il faut auſſi rendre juſtice à ces Architectes ſur le grand ſoin qu'ils ont pris de la conſtruction de leurs bâtimens, dont les regles ſont bien obſervées pour la ſolidité; en ſorte que malgré la hardieſſe & la legereté apparente de leurs édifices, il s'en trouve qui ſubſiſtent depuis long-tems.

Ce goût gothique a duré pendant pluſieurs ſiecles; mais enfin la fréquentation des Gaulois avec l'Italie, leur ouvrit les yeux: ils retirerent des ruines des édifices antiques les principes de l'Architecture que les Grecs & les Romains avoient établis, & les Princes (*a*) qui favoriſoient les Arts, donnerent les moyens de les perfectionner.

(*a*) François Premier.

Quâpropter exiles & excelſas confecerunt columnas, quæ in complura decuſſata brachia ſeſe ſub fornicibus supernè dividendo, arbuſcularum imitantur ramos. Illi camerarii arcus non planè in dimidium circulum ducuntur, quæ quidem figura omnium perfectiſſima eſt, ſed curvis informantur triangulis, arborum imitando brachia, quæ ſe in tranſverſum ſecant ſupernè, angulum efficiendo.

Nedum ſuis in operibus aliquam exhiberent ſoliditatis imaginem, ab ea declinaverunt, ut res temerarias ſtupendaſque ſtruerent; quaſi major eſſet laus componendis operibus, quæ, licet æquè ſtabilia, tamen uno quoque momento ruinæ videntur proxima, quam in iis conficiendis, quæ longam diuturnitatem adpromittant.

Nonnulli tamen horum-ce temporum Architecti, certas habuiſſe videntur notiones proportionum, quæ in antiquis reperiuntur operibus; aut experientiâ cognoviſſe quaſdam proportiones majoris quam alias eſſe pretii. Gothica aliquot templa ſculptis redundantia imaginibus, ſine emendatione, abſque ullo delectu & judicio, nec benè excogitatis, nec benè collocatis, referta ornamentis ignobilibus & malè ſelectis, nec-non ignotis portentis deformata, ſuam nihilominus habent pulchritudinem. Unde nam, quæſo, poteſt exoriri illa venuſtas? Niſi ex aptâ altitudinis ad latitudinem proportione, ac decente omnium cum toto partium conſenſu.

Laudanda quoque eſt eorumdem Architectorum in conſtructione cura diligens, qui licet cum quadam audacia & levitatis ſpecie conſtruxerint ædificia, tamen ſtabilitatis regulas tantâ obſervarunt induſtriâ, ut in diuturnam annorum ſeriem hæc monumenta hùc uſque perſtiterint.

Per multa invaluit ſæcula gothicum illud ac ſenile judicium. Tandem verò veterum frequens cum Italicâ gente Gallorum conſuetudo, ſimul & commercium diſpulit horum tenebras. Ex antiquorum ruinis ædificiorum, architecturæ deprompſerunt principia à Græcis & Romanis conſtituta. Quæ quidem principes (a) amatores artium ad perfectionem ſuo promoverunt præſidio.

(a) *Franciſcus I. Galliarum Rex.*

On vit alors ces arts ressusciter : de grands Architectes en Italie éleverent sur ces anciens modeles des Eglises & des Palais d'une beauté élégante, & les livres qu'ils composerent ont fait part au Public des découvertes qu'ils avoient faites dans les restes de l'antiquité. Les nations voisines en ont profité, & dans les maisons Royales, dans les édifices publics & particuliers, on a employé ces mêmes principes, qui font connoître dequoi nos Architectes auroient été capables, s'ils avoient eu plus souvent occasion de déployer leurs talens, & si les particuliers qui font bâtir partageoient avec eux les idées qu'ils ont du bon goût, & vouloient s'y prêter.

La mode le tyran du goût, met un grand obstacle à la perfection des arts : elle est accompagnée de la folle nouveauté qui plaît ; le vulgaire la suit : toutes les nations y sont plus ou moins assujetties. Les véritables principes se cachent retirés chez le petit nombre. La dépravation de la mode est si grande, qu'on a mis (*a*) quelquefois en haut ce qui doit être en bas. La bizarrerie est admise sous le nom de génie, comme si la production d'un monstre étoit une marque de fécondité.

Il semble que la mode en differens tems ait pris plaisir à donner la torture à toutes les parties d'un (*b*) édifice : elle a souvent essayé de détruire tous les principes de l'Architecture, dont on doit toujours conserver la noble simplicité. Les ornemens de sculpture qui doivent y être employés sagement, y ont été quelquefois prodigués à un tel excès, & avec des saillies si exorbitantes, qu'elles en font la principale partie, au-lieu qu'ils n'en doivent être que l'accessoire. On a vu avec surprise dans un même siecle ces ornemens varier plusieurs fois de maniere à ne les plus reconnoître.

Dans le temps de l'Architecture naissante en France (*c*), les ornemens pré-

Tunc languidas artes visæ sunt reviviscere, ædes tum sacras, tum Regias elegantis formæ ac pulchritudinis priorum exemplo præstantissimi in Italiâ ædificaverunt Architecti ; & libri ab illis elaborati eorum inventa novasque divitias in antiquitatis reliquiis collectas in lucem tradidere publicam. Hæc autem omnia lucro apposuerunt gentes vicinæ. Hæc in usus verterunt suos, & in palatiis Regalibus, in ædificiis tam publicis quam privatis eadem illa deinceps adhibita fuerunt principia, quæ satis indicant nostrorum Architectorum intelligentiam, & quid in arte potuissent suâ, si frequentior dedisset se occasio exercendæ facultatis ingenii sui, atque si privati homines, quorum jussu construuntur ædificia, sani plena judicii eorum consilia adoptare & sequi vellent.

Mos optimi judicii tyrannus, artium perfectioni plurimum nocet. Hic ineptæ novitatis filius & individuus comes imperitum allicit vulgus. Hujusce imperio tyranni plus minusve omnes subjiciuntur nationes. Apud paucos nasutosque viros sana delitescunt principia. Tanta est moris depravatio, tanta vis, ut pars (a) *quæ inferior esse debet, loco superioris interdum fuerit posita, & vicissim inferioris loco superior. Genii sub nomine insulsa admittitur inventio, quasi verò emissum in lucem monstrum fœcunditatis indicium foret.*

Variis temporibus nova consuetudo, tormentum videtur admovisse singulis ædificiorum (b)*partibus ; tentavitque non semel omnia subvertere architecturæ principia, quorum nobilis & elegans simplicitas nunquam non servanda est. Sculpturæ ornamenta sobriè adhibenda, tam immoderatè effusa fuerunt sæpiùs, ac mole tam immani eminuerunt, ut ubi ad concinnitatem debent tantum modò accedere, maximam in ædificiis partem invadant. Una eademque ætas non sine stupore vidit, ita variam ornamentorum immutationem, ut deindè vix agnosci possent.*

Primis nascentis in Gallia (c) *architecturæ temporibus pretiosissima decora quibusdam in*

(a) On a mis en Italie des colomnes, dont le chapiteau étoit en bas, & la base en haut.

(*b*) L'Eglise des Théatins à Paris & les ouvrages de Baromini en Italie.

(*c*) A Fontainebleau sous le Regne de François I.

(a) *In Italia columnæ positæ fuerunt, quarum capitellum erat deorsùm, & basis sursùm.*

(b) *Parisiis Theatinorum Ecclesia, & in Italia opera Baromini.*

(c) *Fontebellaqueo Francisco I. in Galliâ regnante.*

cieux

tieux employés en quelques endroits, & qui étoient imités des ornemens antiques, ont été remplacés par des ornemens pesants, tels que des festons (*a*), de gros fruits, des Cartouches d'une grandeur énorme, & des Figures grossierement travaillées, souvent détachées des plafonds, & qui semblent prêtes à tomber sur la tête.

On a vu succeder à ceux-ci d'autres ornemens formant des rinceaux répétés, confus, sans choix & sans ce repos si desirable dans l'Architecture : d'autres (*b*) ornemens ont pris leur place, qui n'ont d'autre mérite qu'un travail délicat à la verité, mais sec & sans liaison au reste de la décoration : ils peuvent convenir dans de petites pieces ; mais on en a mis par tout, le crayon les trace en courant. En quelque maison que l'on aille, on les trouve toujours les mêmes.

Ces ornemens ont passé des décorations intérieures des maisons & des ouvrages en bois, auxquels un travail plus délicat peut convenir, aux ouvrages extérieurs & en pierre qui exigent un travail plus moëleux & plus mâle. La mode les a poussés si avant dans le monde, qu'on pourroit conjecturer sur sa variation, qu'ils ne dureront pas long-tems.

La mode a varié les formes & les contours de toutes les parties des édifices, & y a employé un mêlange confus de lignes courbes & de lignes droites, sans distinction des endroits où elles doivent être employées à propos, sans sentir que ces differentes lignes sont dans l'Architecture, ce que dans la Musique sont les tons, qui sur differentes cordes expriment la joie & la douleur, l'amour & la haine, les graces & la terreur.

En effet on a employé aux Mausolées & aux Eglises les formes & les contours qui ne conviennent qu'aux Theatres & aux Sales de Bal. Ce désordre vient du défaut de connoissance des propriétés de ces differentes lignes, du peu d'atten-

(*a*) Sous le Regne de Henri IV. & de Louis XIII.
(*b*) Ornemens de ce temps-là.

locis adhibita, & ex antiquis fideliter expressa ornamentis, gravioribus locum dederunt suum, in quorum videlicet numero sunt multiplices horum, frondiumque & pomorum implexus, volutæ magnitudinis immensæ, atque demum figuræ crassè & pinguiter elaboratæ, ex laqueatis sæpius sejunctæ tabulatis, quæ quidem ruinam in caput proximè lapsuram minitari videntur.

Alia aliis vidimus succedere ornamenta iteratorum informantia ramulorum volumina, alia confusa, sine ordinatione ullâ, sine ullo delectu, atque tandem sine otio illo in architecturâ tam laudabiliter optabili. Alia (a) *verò istis successere decora, quæ nullam aliam promerentur laudem, quam eam quæ operi re ipsâ expolito debita est, sed nihilominùs arido, absque concinnitate, absque connexione cum reliquâ ædium exornatione. Illa quidem quibusdam locis angustioribus congruere possunt. Verùm ea ubiquè repetita, ubique profusa sunt. Illa veluti currendo calamus describit carbonarius : quælibet petatur domus, eadem semper reperiuntur.*

Enim verò ex intimarum ædium exornationibus & operibus ligneis, in quibus ars subtilior desiderari potest, ea migraverunt ornamenta ad exteriora & saxea, quæ validius quidpiam ac virile magis exigunt. Homines eò deduxit moris novitas, ut illorum tam frequens ornamentorum inconstantia, proximioris eorum ruinæ noninanè augurium sit.

In singulis ædificiorum partibus diversas novellus mos induxit formas, variosque ambitus : inordinatam curvarum & rectarum linearum permistionem confusè adhibuit, absque ullo locorum delectu, in quibus necessariò ac prudenter iis uti deceat, sine illo sensu quo noscitur multiplices lineas idem esse in architecturâ, quòd in musicâ sunt toni, qui variis sub fidibus lætitiam & dolorem, odium vel amorem, carites aut terrorem exprimunt.

Et verò nobilibus sepulcris, nec-non Ecclesiis idem circuitus fuerunt adhibiti, eadem forma, quæ solis theatris & saltatoriis conveniunt ludis. Undè nam, quæso, inordinatum illud oritur vitium? nisi ex absoluto cognitionis defectu proprietatum quas habent eæ

(a) *Sub Henrico IV. & Ludovico XIII. Principibus.*
(b) *Ornamenta hujusce temporis.*

tion aux effets qu'elles produisent à la vûë, & d'une mauvaise application des principes qui éloignent également de la perfection & du bon goût.

Mais comment, dira-t-on, employer les grands principes d'Architecture aux différentes parties qui sont en usage dans une maison ? On répondra que chaque partie relativement au tout doit avoir une proportion & une forme convenable à son usage ; qu'entre plusieurs manieres de faire une chose, il y en a toujours quelques-unes qui valent mieux que d'autres ; qu'il faut les trouver, & que c'est le goût inséparable du bon sens, de la convenance & de la juste proportion nécessaire à cette partie pour son usage, qui en fait le merite & la perfection.

Pour conserver la justesse des belles proportions, on est quelquefois obligé de s'écarter des regles générales : telle regle qui conviendroit à un endroit ne convient pas toujours à un autre. L'élévation d'un édifice, la distance d'où on peut le regarder, obligent quelquefois d'augmenter ou de diminuer les mesures par les principes de l'optique ; afin que les parties d'un édifice paroissent dans la justesse des proportions établies.

Les principes d'Architecture ne s'étendent pas seulement à la décoration extérieure & intérieure des temples & des palais, le bon goût a beaucoup de part à la position, à l'exposition & à la distribution d'une maison de ville, ou de campagne.

Pour la position, on doit être attentif à la pente naturelle du terrein où elle doit être ; afin d'en écarter les eaux qui pourroient y causer de l'humidité ; au ménagement de la vûë d'une campagne, soit qu'elle soit ornée par la simple nature, soit qu'elle le soit par la culture, à l'agrément d'une riviere qui parcourt des prairies, & qui fournit cent commodités, à la magnificence d'une forêt, à l'utilité d'une source d'eau pure & saine, & à profiter autant qu'il est possible ; de tous les avantages que la nature peut offrir pour les délices & l'utilité d'une maison, & pour l'ornement des jardins.

diversæ lineæ, nisi ex parvâ effectuum consideratione, quos exhibent oculis, nisi demum ex falsâ principiorum applicatione, quæ à perfecto & exquisito judicio pariter removent.

At quo pacto, inquiet forsan aliquis præstantissima architecturæ principia adhibere diversis partibus domi usu receptis ? responsum erit, cuilibet parti comparatæ cum toto, debet esse proportio, formaque suum ad usum idonea : Complures inter & diversos conficiendæ modos, quidam nihilominùs sunt qui multò meliores sunt quam alii. Ii quidem sunt inquirendi. Nam ex intimo illo sensu recti judicii comite individuo, convenientiæ ac justæ proportionis socio huicce parti suum ad usum aptissimè respondentis, tota ejus præcipuè oritur venustas, omne pretium, tota perfectio.

Ut autem egregiarum lucidus servetur ordo proportionum, aptaque partium compositio, à regulis generalibus identidem aberrare inviti cogimur aliquoties : illa enim regula huicce loco aptè conveniens, non semper alteri decenter congruit. Prò altâ ædificii constructione, aut ejus distantia, ex qua prospici potest, augendo interdum ad optices principiorum normam, vel minuendæ sunt mensuræ, ut in æquali proportionum condecentiâ singulæ ædificii partes esse videantur.

Non tantum ad externam & interiorem tum ædium sacrarum, tum Regiarum exornationem spectant architecturæ principia. Positioni, expositioni, nec-non domus urbanæ & agrestis distributioni plurimum inservit elegans & rectum judicium.

Quod ad positionem pertinet naturali & pergratæ soli proclivitati in quo debet esse sita, attentè studeas, ut aquæ putridæ, & noxium humorem spirantes longiùs arceantur ; consulas quoque necesse est eleganti ruris prospectui candida decorato à naturâ, aut assiduo labore exornato : deindè fluminis amœnitates non sunt negligendæ, egregios oculis aspectus, omniaque vitæ commoda suppeditantis, nec sunt etiam parvi momenti nemoris magnificentia, utilitas fontis aquæ puræ & salubris; atque demùm, quantum fieri potest, omnes tum locorum, tum rerum opportunitates, omniaque lucro apponenda sunt commoda, quæ sivè ad delicias domus, sivè ad hortorum exornationes, subministrare potest natura.

L'expoſition aux différentes parties du ciel, ne mérite pas moins d'attention, pour qu'un logement ſoit ſain, gai, chaud, temperé & frais dans les différentes ſaiſons, & pour que toutes les parties d'une maiſon ſoient tournées vers l'aſpect du ciel qui convient à leur uſage.

La diſtribution regle l'étendue d'une maiſon : elle doit être proportionnée au nombre des perſonnes qui doivent s'y rendre, ou l'habiter. La grandeur des cours & des chambres doit être proportionnée à leur uſage, & l'arrangement de toutes les parties doit avoir un enchaînement & une liaiſon convenable à l'habitation, pour que toutes les parties ſoient relatives au tout.

Cette partie d'Architecture a pour objet la commodité du maître de la maiſon : il n'y peut être commodément, ſi tout ce qui l'environne n'eſt pas placé convenablement à ſon ſervice, qui doit être fait avec aiſance. On doit faire une grande attention à ſa dignité, à ſes emplois, à ſa profeſſion, à la maniere de vivre du ſiecle. Les chambres doivent être ornées & meublées par rapport à leur uſage & à la gradation qui doit ſe trouver des chambres occupées par les domeſtiques à celles du maître.

Une choſe qui contribue beaucoup à la perfection d'une maiſon, eſt la juſteſſe de l'eſprit du Maître qui l'a fait conſtruire : c'eſt lui qui, pour ainſi dire, donne le ton à l'Architecte qui doit en faire le plan, ſuivant ce qui convient à la dignité & à l'état du Proprietaire : il en diſpoſe toutes les parties, ſuivant ſes beſoins : il en regle les proportions & la liaiſon, pour qu'elles s'uniſſent au tout.

Mais ſi le maître penſe d'une maniere petite, il voudra que ſa maiſon ſoit faite ſuivant ſon idée : elle ſera compoſée & ornée de colifichets. Si le maître eſt d'un caractere modeſte & ſublime, ſa maiſon ſera plus diſtinguée par l'élegance des proportions, que par les ornemens & par la richeſſe de la matiere. Si le maître eſt d'un caractere inégal & bizarre, ſa maiſon ſera compoſée de diſparates &

Non minori condigna eſt attentione diverſis cœli partibus expoſitio, ut ſaluberrima, hilaris & ridens ſit habitatio, leniter calida, aëre temperata, ac quolibet anni tempore ventis mollibus & ſecundis dulciter frigida, utque omnes domus partes eam cœli aſpiciant partem ſuæ utilitati maximè conſentaneam.

Denique ædium magnitudinem aſſignat diſtributio : illa enim tot hominum exæquanda eſt numero, quot vel ibi habitaturi ſunt; vel illùc conventuri. Quod verò arearum, cubiculorum, ac totius partium domus amplitudinem ſpectat, inter ſe ad eorum uſum & convenientiam apta omnia & connexa eſſe debent; omniumque diſpoſitio partium habeat ſeriem & vinculum domicilio perfectiſſimè accommodatum neceſſe eſt, ut omnes inter ſe toti reſpondeant partes.

Illa Architecturæ pars in domini commodis potiſſimùm verſatur. Quot & quanta eum circumvenient incommoda, niſi quidquid circa eſt, ita congruenter ad ſuum ſit collocatum uſum, ut facilè miniſterium ei præſtetur. Multum perpendenda ſunt ejus dignitas, munia, illius vitæ inſtitutum; nec-non exiſtentis vivendi modus ætatis. Varia ornamenta, variaſque ſupellectiles, cameræ pro uſu requirunt ſuo, proque diverſo eo gradationis diſcrimine quæ inter illas, aut à famulo, aut ab hero habitatas, debet reperiri.

Quænam porrò res perfectioni domus ſummopere favet? rectum ſanè ædificantis heri ingenium. Ille eſt perfectò qui, ut ita dicam, toni modum præſcribit Architecto, qui linearem ædificii deſcriptionem debet informare, prout poſtulant dignitas & domini conditio. Singulas ejus partes, ſuos ad uſus, ſuaque commoda diſponit, ac ſuo loco collocat, proportiones & connectionem, ut fiant unum cum toto, ordinat atque aptè dirigit.

Quod ſi verò puſillùm intelligat dominus, ſuam ſibi domum ſuo ingenio extructam jubebit, ſcilicet nugatoriis argumentis & nihili decoratam. Sin è contrariò temperatâ & ſublimi polleat indole, ſuâ in domo ſymetriæ elegantia proportionumque condecentia, ornamentorum & materiæ divitias multò longiùs ſuperabunt. Si denique ex animo ſit impari, ex infinitis propè varietatibus, multiſque partibus inordinatis ejus domus erit conflata, adeò ut pro diverſis

de parties sans accord ; en sorte que l'on peut juger du caractere du maître de la maison, qui l'a fait construire pour lui, par la maniere dont elle est disposée, ornée & meublée.

L'Architecte y met du sien, & s'il est sage, il peut redresser des idées qui ne conviennent pas ; mais il faut pour cela qu'il soit à portée de sçavoir comment vivent les honnêtes gens de son siecle dans toutes sortes de conditions ; ce qu'il doit avoir soin de bien étudier.

L'excellent pour l'un n'est pas toujours l'excellent pour l'autre. La maison d'un Prince ne doit pas être faite comme la maison d'un particulier, ni celle d'un particulier comme la maison d'un homme constitué en dignité. L'enthousiasme n'est pas moins dangereux que l'insipidité. L'excellence du goût consiste dans une juste convenance.

Ce qui convient chez une nation ne convient pas toujours chez une autre : toutes ont une idée differente de la beauté : elle n'est pas dans les pays chauds la même que dans le Nord. On reconnoît dans tous les pays du monde un caractere dominant qui en décide ; mais comme on y trouve des hommes plus éclairés que d'autres, c'est à leur sentiment qu'il faut s'en rapporter ; parce qu'il est fondé sur des principes bien établis sur ce qui a plû ou déplû dans tous les siecles, & sur des proportions reçûes par les nations les plus policées & les plus éclairées qui ont approché le plus de l'excellent.

Mais pourquoi, dira-t-on, adopter plutôt les principes établis dans les ouvrages des Grecs & des Romains, que ceux qui le sont dans les édifices des autres nations ? toutes n'ont-elles pas la raison en partage, le discernement, des besoins, l'experience ? Pour répondre à cette objection, on peut avancer que la Grece & Rome ont eu des moyens de cultiver & de perfectionner les arts, que toutes les autres nations n'ont point eu, & qu'il est presque impossible qu'elles eussent.

modis quibus illa ordinatur, decoratur, variisque supellectilibus instruitur, heri ingenium non difficilè agnoscatur, quippè qui illam sibi, suosque ad usus ædificandam curavit.

In ea de suo multa apponit Architectus, at si sapit, suâ uti debet intelligentiâ ad idearum non consentanearum emendationem. Itaque noscat oportet quam in omni conditionum genere homines suæ ætatis lectissimi vivendi rationem teneant, quod quidem apprimè callere potissimùm debet.

Et sanè non omnia ab iisdem amicis conspiciuntur oculis. Quod eo egregium ac excellens, illo non idem semper æstimatur. Varia pro diversis ædium incolis extructio esse debet. Palatium Principis domui privatæ decet neutiquam respondere, nec vicissim privata regali, aut cujuslibet in quodam dignitatis gradu collocati. Non minus importat periculi mens divino impetu malè concitata, quam insulsitas. In apta enim rerum condecentia præsertim versatur recti excellentia judicii.

Et verò in unâ gente existimationis argumenta non sunt eadem hac in alterâ. De verâ pulchritudine non idem omnes consentiunt. Variæ pro diverso locorum situ de eâ finguntur imagines. Ejus idea non est eadem sub calido ac sub cœlo frigido. Cunctis in regionibus gentile quoddam agnoscitur ingenium, quod in unâquâque dominatur, remque summè pronuntiat; at cum nonnulli reperiantur homines aliis magis periti, eorum judicio præcipuè credendum est : quia solidissimis de eo quod in omnibus sæculis placuit, displicuitve, principiis nititur eorum opinio, atque etiam firmatur certissimis proportionum legibus à gentibus benè moratis & naris acutissimæ admissis, quæ sublime & præstantissimum propiùs fuerunt assecutæ.

Quorsùm igitur, inquiet aliquis, in ædificiis tum Græcis, tum Romanis principia potius eligere, quam illa apud cæteras gentes usitata? Nonne omnes homines ratione fruuntur & pari intelligentiâ? Nonne simili rerum necessariarum usu & experientiâ gaudent? Ut autem huic objectioni fiat satis, dici potest Græciam simul & Romam artes excolendi, easque in dies perpoliendi per multas habuisse vias, aliis gentibus prorsùs incognitas, quasque sibi aperire non illis possibile erat.

Pour ce qui regarde l'Architecture, il n'y a point de nation chez qui l'on ait fait tant de grands édifices que dans la Grece & dans l'Empire Romain. Les Souverains & ceux qui gouvernoient les Républiques avoient un soin particulier de donner des spectacles au peuple : les cérémonies de la Religion se faisoient avec pompe : les peuples étoient attirés par des jeux magnifiques & par les exercices du corps, les Theatres, les Amphithéatres, les Cirques, les Naumachies, les Bains, les Portiques où s'assembloient les Philosophes, les Basiliques, les Temples & les Arcs de Triomphe, tous ces Edifices capables de contenir un grand concours de peuple, d'une construction magnifique, & qui étonnent jusque dans leurs ruines, donnoient aux Architectes de ces temps-là, de grandes & de frequentes occasions de déployer leurs talens, de cultiver & de perfectionner tous les jours leur Art, & d'en établir des principes qui devenoient plus certains parmi un peuple libre, accoutumé à voir de superbes & beaux bâtimens, & qui ne pouvoit souffrir le médiocre, que chez les autres nations, où ces jeux, ces exercices & ces spectacles n'étoint pas en usage, ou l'art de l'Architecture n'étoit employé qu'à la construction des maisons de particuliers, & pour les seuls besoins de la vie.

Quod verò Architecturam potissimùm spectat, nulla gens, nulli extitere populi, apud quos tanta, tot sublimia extructa fuerint ædificia, quot in Græciâ, Romanoque Imperio. Imperatores potentissimi, nec-non rerum publicarum administratores frequentia Populo dabant spectacula : solemnes Religionis ritus, ac festa publica splendidissimo celebrabantur apparatu : ingens populorum concursus magnificis ludis, variisque corporis exercitiis alliciebatur. Theatra, Amphitheatra, Circi, Naumachiæ, Balnearia, Porticus in quas congregabantur Philosophi, Basilicæ, Templa, Arcusque triumphales, illa ædificia immensæ populorum multitudini continendæ maximè idonea, splendidissimè exstructa, & in ipsismet ruinis admiranda, Architectis horum-ce temporum ansam dederunt sui animi dotes expromendi, suam artem excolendi atque indies perficiendi, nec-non principia instituendi quæ certiora fiebant apud populum sui juris & ingenuum, & cujus oculi insignibus & pulcherrimis erant assuefacti ædificiis, & mediocritatis impatientes, quàm inter cæteras gentes, apud quas ludi illi, eæ exercitationes & spectacula nec erant in usu, nec in honore, in quibus tandem, in solam privatarum ædium extructionem, solaque vita commoda ars Architecturæ unicè incumbebat.

La Sculpture dans la Grece a été poussée à un haut degré de perfection. Pour en juger, il n'y a qu'à jetter la vûë sur le Gladiateur, & sur quelques belles statuës de l'antiquité : elles representent avec élegance le caractere des différentes Divinités, & les actions les plus vives des hommes. C'étoit par de grandes récompenses du côté de la fortune & par des dignités, que les Souverains & les Républiques honoroient les hommes célébres, & les Spectacles fréquents leur donnoient de grands moyens pour la perfection de la Sculpture.

In Græciâ eminentissimum perfectionis gradum assecuta est Sculptura. Visne pro certò illud habere ? In Gladiatorem oculos tantum modò conjicias, aliquot percelebres intuearis antiquitatis statuas. Diversos diversarum concinnè effingunt mores divinitatum, factaque hominum vividissima ex vero exprimunt. Summæ opes, summæ honores erant præmia, quibus tum à Regibus, tum ab Imperatoribus, tum à rerum publicarum præfectis abundè cumulabantur viri in arte suâ præcellentes; & frequens spectaculorum multitudo Sculpturæ perfectioni plurimùm inserviebat.

Cette perfection vient de la parfaite imitation de la belle Nature; & pour y parvenir, les Sculpteurs ont été réduits à placer pour modele un homme des mieux faits, à la vérité, dans l'atti-

Ea perfectio, ea excellentia vim & ortum assumunt suum ex fideli imitatione elegantioris naturæ; quam ut feliciter assequerentur statuarum artifices, hominem re verà è præstantissimâ specie sibi ad imitandum pro-

tude qu'ils veulent imiter. Mais quel modele: un homme d'une vile condition, souvent sans esprit & sans mouvement, qui ne ressent rien de la passion qu'on veut representer; en sorte que le marbre travaillé sur un tel modele paroît sans vie.

